Nunquam habebit animum confusum nec sine spe, qui Leonẽ habet in ascendente, quia Sol æqualiter mouetur in suo circulo ecentrico tendit ad intentum firma ceruice. 171

Cancer in ascendente, Luna nec in signis fixis nec in angulo facit hominem credentem omnia quæ audit & mobilis animi in omnibus. 172

Virgo ascendens ascendens facit natum à semetipso acquirere magisterium, uelut qui habent pisces sui regni sunt causa. 173

Venus in Ariete uel in Scorpione, nec legem tenet in coitu, nec deum timet, & si addiderit Mars ibi non curabit mori pro libidine & de honestate. 174

Infideles sunt nõ timentes deum, nec uitam futuram, qui damnatam nonam habent, signo existente ibi mobili, siue communi damnato significatore dominij retrograd * addito Saturno in ascendente siue radiante ascendens uel nonam quadrato uel opposito. 175

Adunatio planetarũ in decima dominium siue labore demõstrat, in ascendente scire multa, in septima, mori modo miraculoso. In quarta uero famam perpetuam siue incorrupto corpore post mortem pro tempore manere. 176

Fiet nunquam quòd radices generationum maiorum uirorũ dimittent prosapiam totaliter uilescere, uel ut rusticorum nobilitate. Ideo in dandis iudicijs prosapiam bene considerabis. 177

Trãsmutat, sed nõ in toto, intronizatio noui principis ciuitatis significata imò demonstrat, uelut in natiuitatibus filiorum primorum fortunam patris quælibet forma usque ad ortum secundorum. 178

Non dubitabis iudicium de ciuitate facere cum figuræ intronizationis eius principis & reuolutio intronizationis cũ reuolutione ciuitatis concordant. 179

Tyrannum facit principem signum medij cœli ciuitatis, si in radice principis siue in radice intronizationis erit. 180

In omni intronizatione perquires hylech uelut in natiuitatibus si